

## 19.

**Markgraf Dietrich von Meißen bestätigt dem Kloster Altzelle 1 Hufe in Otte-  
wig und 1 Hufe in Birmenitz, welche Peter von Börln und Laudo von Döbeln  
dem Kloster übertragen haben.**

1200 April 26, Collm

*Original: Dresden, SächsHStA, OU. 124 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserklo-  
ster — Pergament: 26,0 cm breit, 43,2 cm hoch, Plica 3,5–3,7 cm — Besieglung: SP.  
Markgraf Dietrichs von Meißen, Typar 2 (rückseitig am oberen Rand restauriert), an  
grün-weißen Seidenfäden; oval bis rund, 6,5 cm breit, 7,0 cm hoch (Posse, SW I, S. 13  
und Taf. II/5 [Siegel von A]).*

*Edition: Schwarz, Memoria, Sp. 196, Nr. XXII — Mencke, Scriptorum rer. German. II,  
Sp. 451 f.; III, Sp. 1028, Nr. XXII — CDS I/A, Bd. 3, S. 40 f., Nr. 45 aus A.*

*Regest: Weck, Dresden, S. 435 — Schöttgen, Inventarium dipl., Sp. 57 — Schultes, Di-  
rectorium dipl. II, S. 407 f., Nr. 3 — Beyer, Altzelle, S. 522, Nr. 20 — Hausen, Vasal-  
len-Geschlechter, S. 33 fehlerhaft zu 1200 Apr. 25; S. 55 zu 1200 — Dobenecker, Reg.  
hist. Thuringiae II, S. 217, Nr. 1166 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 78, Nr. 136.*

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. THEODERICUS DEI GRATIA  
MISNENSIS MARCHIO.<sup>a)</sup> | Fructuosum nobis apud deum fore speramus, si ea, que sa-  
cratis locis et in eis Christo militantibus ab aliis | sunt collata, nostris commendentur  
favoribus et tueantur patrociniis. Huius rei gratia tam modernis quam posteris notum  
esse | volumus, quod Petrus de Borlin consensu heredum suorum mansum unum ex  
suo proprio in villa, que dicitur Otwek, ob remis|sionem peccatorum suorum Cellę  
sancte Marie contulit. Preterea Laudo de Döbelin mansum unum suę proprietatis in  
villa, | que dicitur Pirmiz, pro anima uxoris suę eodem tenore prefato dedit monaste-  
rio. Ut ergo et nos eorum, que ab ipsis lau|dabiliter gesta sunt, apud deum inveniamur  
participes, sollempnem predictorum bonorum donationem, que in palam facta | est,  
sub nostra tuitione suscipimus atque, ut ab omni libera sint impetitore, nostri sygilli  
auctoritate et | idoneorum testium subscriptione roboramus, quorum ista sunt nomina:  
Theodericus Misnensis episcopus, Theodericus | prepositus de Wrcin, Meinerus pre-  
fectus de Misn(a), Heinricus prefectus in Liznik, Gerhardus prefectus de Greuz, | Er-  
kenbertus prefectus de Dewin, Heinricus prefectus de Donin, Tammo prefectus de  
Strele, Rudegerus Borc, | Boris de Zbor, Heinricus de Corun, Albertus de Borne, Hei-  
denricus et Gunterus de Dewin, | Rödolfus et Otto de Mochowe, Cōnradus Telzc et  
frater eius Titmarus, Heinricus de Coldiz, | Bernhardus de Trebecin, Rodolfus de Ba-  
tin, Gunterus de Rochesberg, Theodericus de Cibzlawis, | Arnoldus de Zlowin. Acta  
sunt hec anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>, indictione III<sup>a</sup>, VI kal. mai, | in provin-  
ciali placito nostro Colmiz, monarchiam celi et terre tenente domino nostro Iesu Christo.  
(SP.)

19. a) Die Angabe bei Posse, Privaturkunden, S. 97, Anm. 5, daß THEODERICUS DEI GRATIA (als  
Zeichen der Ausstellererkennung) mit sehr dunkler Tinte nachgetragen worden sei, trifft nicht  
zu A.